

886 luglio, Sovana

Il tribunale presieduto da Leuprandus, gastaldo di Sovana, e da Stephanus, vescovo della stessa città, giudicando sulla lite tra Petrus, abate del monastero di San Salvatore al monte Amiata, ed Eribrandus, figlio del fu Gospert, per il possesso dei beni in vico *Familice*, una volta proprietà di Adelmus e da costui ceduti al monastero, delibera in favore dell'abate Petrus, che ha prodotto la relativa carta, e contro Eribrandus che non può provare il possesso né per carta, né per *testimonia*, né per successione.

Originale.

Archivio di Stato di Siena, Diplomatico, San Salvatore al monte Amiata [A].

Edizione: *ChLA*², LXIII, n. 26

(S) Notitja iudicati, quem facimus, qualiter se conganserunt Petrus presbiter et abate monasterio Domini Salbatori sito monte Amiate¹ unam cum Aldo de vico Aquabiola, qui erat abocato de ipso monasterio, cum Eribrandum, filiu bone memorie Gosperto, genus francorum, qui fuit abitator cibe Suana², cum Petrus de Atrianam³, qui erat abocatus ipsius Eribrando, intro muro cibe Suana curte regi, in presentjia Leuprando gastaldio⁴ ipsius cibitatis Suanense, Stefano sanctissimo episcopus sancte sedis Suanense, Sassoni, Iubermanno, Ermimperto, Petroni isti scabini Suanensi⁵, Teudegrimo et Stefano Senensi, Teudilassi de Clusio, Liuperto scabino Pistorense⁶, Alperto, Ansicisi, Rodilando, Adelperto, Stefano, Dodo, Teudoni, Raidolfu, alius Stefanus, Guilleradus, Stefanus, Alfridi abocato, Leoprando, Poto, Morinco, Petrus, Deodatus, Ailxandrus, Ansiprandus, Cristianus et alii pluris. In istorum omnium cepit altergare et dicere Aldo, qui erat abocato de eidem Petroni presbiter et abati de parte suprascripto monasterio, abersus Eribrandus, filius Gospertu, et contra Petrus abocato suo: abemus ista cartula^a, quem Adelmi emisit de omne rebus suas de vico Familice, de mobile et immobile, omnia et in omnibus in parte de suprascripto monasterio; volumus sapere, si tu nobis illa contendis. Tunc ipsi suprascripti iudici ipsa cartula legere fecerunt in sui presentjiiis. Et ipsa cartula continebat, comodo Adelmi de vicu Familice {emi}emississet omne rebus suis, mobile et immobile, in integrum, et a pretjum recipatum, et publicu notariu scrista et testibus roboratam secundum legem. Tunc ipsi suprascripti iudici interrogaverunt ipse Eribrandum et Petrum abocato suo: quid dicitis de iste case et rebus de vico Familice, unde vobis iste Petrus presbiter et abate cum istu Aldo abocato suo ostende, si eam contenditis aut per carta, aut per testimonia aut per suscessionem aut per qualibet argumentum ingenium? Tunc ipse suprascriptu Eribrandus cum Petrus abocato suo manifestabi et dixi: quia nec per cartulam nec per testimonia nec per suscessionem nec per nullum argumentum nutu ingenium non {non} abemus, per quem bobis Petroni presbiter et abati et Aldoni abocato tuo a parte de suprascripto monasterio contendere possamus ipsa suprascripta rebus, quem ista vestra kartula continet de Adilmi in bico Familice. Tunc ipsi suprascripti iudici taliter refutatjone et manifestatjone faciere audierunt in suis presentjiiis, faciente recte nobis conparuit esse, ita et iudicabimus, ut parte de ipsu suprascriptu monasteri aberem ipse case et rebus, sicut sua cartula continet, et parte Eribrando fuisse tacitus et contentus. Pro amputandi intentjione vel securitate [s]uprascripto monasteri per amunitjione de suprascripto gastaldiu et iudici Ermimpertum notarium et scabinum scribere amunuemus. Temporibus domno nostro Karulu imperatore sedem anno sexto, adque domno nostro Stefano summo pontifici et unibersali pape sedem anno primo, mense Iulius, indictione quarta; + Ego Stefanus episcopus ibi fui.

+ Ego Leuprandu gastaldio ibi fui. Ego Sasso scabinu ibi fui.
+ Ego Petru scabinu ibi fui. + Ego Adolbertu ibi fui. + Ego Raidolfu ibi fui.
Signum + manus Domnulo de Faucla ibi fui. Signum + manus Petro et Prandoni ibi fui.
Signum + manus Alfridi ibi fui. Signum + manus Cristiano ibi fui.
[Signum] + manus Guillerado et Stefano ibi fui.

¹ San Salvatore al Monte Amiata, Kurze 1989b, pp. 357-374; Ascheri – Kurze 1989 e più in generale Marrocchi 2014. Viene citato anche nella seguente documentazione giudiziaria: *ChLA*², LXI, n. 37 (novembre 822); *ChLA*², LXII, n. 12 (maggio 828); CDA, n. 180 (903 ottobre 21); CDA, II, n. 215, (ante 988); CDA, II, n. 207 (luglio 991) e CDA, II, n. 207 (luglio 991).

² Sovana, comune di Sorano (Grosseto), Tabacco 1989, pp. 1-17.

³ Triana di Santa Fiora, nella valle dell'Albegna (Repetti, I, 598).

⁴ Collavini 1998, p. 52.

⁵ Bougard 1995, p. 367.

⁶ Civale 2008, p. 24.

^a Si desidera.